

amariscus +

est calida et sicca complexionis: virtutem  
habet diureticam: vinum decoctionis eius spleneticis  
et epaticis mirabiliter confert viam urinae aper-  
endo: idcirco diarrhoea et haematuria opitulatur.

In ipsa est stipticitas et abstersio, et mundificatio  
absq[ue] exsiccatione vehementi: eius aqua est abstersiva  
et dessicativa cuius abstersio est minor exsiccatione eius.  
et ipsius exsiccatio est cu[m] stipticitate: sed fructus eius  
est vehementioris stipticitatis.

Eius decoctio administratur in ambrocia ad pediculos et  
interficere eos: et ex eius folijs fit emplastrum ad  
apostemata fluxa.

eius fumus exsiccat ulcera humida et variolas: et  
spargitur quod ex ea fit est et cinis eius super  
adustione ignis et ulcera humida.

fructus eius et cinis ipsius exsiccat ulcera difficilia  
et corrodit carnem adustam.

decoctio foliorum eius cu[m] vino confert dolori dentium collatus  
ore ex eis et prohibet corrosione eorum proprie fructus  
eius. Confert etiam equitidimibus oculis.

Confert spiritu antiquo et proprie fructus.

Eius Rami dissoluti in aceto confert spleni emplastrum  
ex eis factum: et ad splenem bibit vinum in quo decoctum  
sunt folia eius et ipsius Virgulta: et facit spleneticis  
ex ligno eius vasa.

77

